



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Ad quod attributorum prouidentia reducitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

RESPON. Dicendum, quod res secundum quod sunt in verbo, considerari possunt dupliciter. Vno modo per comparationem ad verbum, alio modo per comparationem ad res in propria natura existentes, & utroque modo, similitudo creaturæ in verbo est vita. Illud enim proprie vivere dicimus, quod in seipso habet motus, vel operationes quasque: ex hoc enim sunt dicta primo aliqua vivere, quia vita sunt in seipsis habere aliquid ea mouens secundum quemcumque motum, & hinc processit nomen vitæ ad omnia, quæ in seipsis habet operationis propria principium, vnde & ex hoc quod aliqua intelligunt, vel sentiunt, vel volunt, vivere dicuntur, non solum ex hoc, quod secundum locum mouentur, vel secundum augmentum. Illud ergo esse, quod habet res prout est mouens seipsam ad operationem aliquam, dicitur proprie vita rei, quia vivere viuientis est esse, vt in 2. de anima dicitur: in nobis autem nulla operatio, ad quam nos mouemus, est esse nostrum: vnde intelligere nostrum non est vita nostra proprie loquendo, nisi secundum quod vivere accipitur pro opere, quod est signum vitæ, & similiter nec similitudo intellecta in nobis est vita nostra: sed intelligere verbi est suum esse, & similiter ipsius similitudo, unde similitudo creaturæ in verbo, est vita eius. Similiter etiam similitudo creaturæ, est quodammodo ipsa creatura, per modum illum, quo dicitur, quod anima est quodammodo omnia, unde ex hoc quod similitudo creaturæ in verbo est productiua & motiua creaturæ in propria natura existentis, quodammodo contingit, ut creatura seipsam moueat, & ad esse perducat in quantum, si producit in esse, & mouetur a sua similitudine in verbo existente, & ita similitudo creaturæ in verbo est quodammodo creatura uita.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod hoc, quod creatura in verbo existens dicitur uita, non pertinet ad rationem propriam creaturæ: sed ad modum quo est in verbo. unde cum non sit eodem modo in seipsa, non sequitur quod in seipsa uiuat, quamuis in verbo sit uita, sicut non est in seipsa immaterialis, quamuis sit in verbo immaterialis: sed bonitas, entitas, & huiusmodi pertinent ad propriam rationem creaturæ: & ideo sicut secundum quod sunt in uerbo sunt bona, ita etiam secundum quod sunt in propria natura.

AD SECUNDUM dicendum, quod similitudines rerum in artifice non possunt proprie dici uita, quia non sunt ipsum artificis uiuentis, nec etiam ipsa eius operatio sicut in Deo accidit: & tamen August. dicit, quod anima in mente artificis uiuit, sed hoc est secundum quod in mente artificis habet esse intelligibile, quod ad genus vitæ pertinet.

AD TERTIUM dicendum, quod uita Spiritui sancto attribuitur secundum hoc, quod Deus dicitur uita rerum, prout ipse est in omnibus rebus mouens eas, ut sic quodammodo omnes res a principio intrinseco motæ uideantur: sed uita appropriatur uerbo secundum quod res sunt in Deo, ut ex dictis patet.

AD QUARTUM dicendum, quod similitudines rerum in uerbo sicut sunt rebus causa existendi, ita sunt rebus causa cognoscendi, in quantum scilicet imprimuntur intellectualibus mentibus, ut sic res cognoscere possint, & ideo sicut dicuntur uita prout sunt principia existendi, ita dicuntur lux prout sunt principia cognoscendi.

QVÆSTIO V.

De providentia.

In octo articulos diuisa.

¶ Primò queritur, ad quodnam attributorum diuina providentia reducat.

¶ Secundò, Vtrum mundus providentia regatur.

¶ Tertio, Vtrum diuina providentia ad corruptibilia se extendat.

¶ Quarto, Vtrum motus & actiones horum inferiorum diuinæ providentiæ subdantur.

¶ Quintò, Vtrum solus humani diuina providentia regatur.

¶ Sextò, Vtrum bruta animalia, & eorum actus diuinæ subdantur providentiæ.

¶ Septimò, Vtrum peccatores, Diuina providentia regantur.

¶ Octauò, Vtrum tota corporalis creatura gubernatur diuina providentia, media Angelica creatura.

ARTICVLVS PRIMVS.

Ad quodnam attributorum diuina providentia reducat.

QVÆSTIO est de prouidentia. Et primo queritur, ad quod attributorum prouidentia reducitur. Et videtur, quod tantum ad scientiam, quia sicut dicit Boet. in 4. de consol. illud certe manifestum est immobilem simplicemque formam gerendarum rerum esse prouidentiam: sed forma rerum agendarum in Deo est idea, quæ ad scientiam pertinet: ergo prouidentia ad cognitionem pertinet. sed diceretur, quod prouidentia ad uoluntatem pertinet in quantum est causa rerum.

¶ 2 Sed contra, in nobis scientia practica est causa rerum scitarum: sed scientia practica in sola cognitione est: ergo & prouidentia.

¶ 3 Præter. Boet. dicit in lib. prædicto, motus rerum gerendarum, cum in ipsa diuinæ intelligentiæ puritate conspicitur prouidentia nominatur: sed puritas intelligentiæ ad speculatiuam cognitionem pertinet: videtur, ergo prouidentia ad cognoscitiuam speculationem pertinet.

¶ 4 Præter. Boet. dicit in 5. de Consol. quod prouidentia dicitur cognitio quod porto a rebus infimis constituta, quasi ab excelso rerum cacumine cuncta prospiciat: sed prospicere cognitionis est, & præcipue speculatiuæ: ergo prouidentia maxime uidetur ad cognitionem speculatiuam pertinere.

¶ 5 Præter. Sicut dicit Boet. in 4. de Consol. ut est ad intellectum rōcinatio, ita est factum ad prouidentiam: sed tam intellectus, quæ rōcinatio ad cognitionem pertinet cōiter speculatiuam & practica. ergo & prouidentia.

¶ 6 Præter. Aug. dicit in lib. 83. Quest. quod lex incommutabilis omnia mutabilia pulcherrima moderatur gubernatione: sed gubernare, & moderari ad prouidentiam pertinet. ergo lex incommutabilis est ipsa prouidentia: sed lex ad cognitionem pertinet. ergo & ipsa prouidentia.

¶ 7 Præter. Lex naturalis in nobis ex diuina prouidentia causatur: sed causa agit ad effectum producendum per uiam similitudinis, vnde dicimus, quod bonitas Dei est causa bonitatis in rebus, & essentia essendi, & uita uiuendi. ergo diuina prouidentia est lex, & sic idem quod prius.

¶ 8 Præter. Boet. dicit in 4. de Conso. quod prouidentia ipsa est illa diuina ratio, in summo omnium principe constituta.

1. p. q. 22. artic. 1.

Lib. 9. de C6 so. Profa. 6. ante mediū illius.

Lib. 6. de C6 so. profa. 6. non longe a prin.

Profa vi. parū ante mediu.

Profa 6. parū ante mediu.

Q. 27. in fl. tom. 4.

Profa 6. parū a prin. & Aug.

Li. 83. quæst.
266. tom. 4.

constituta, sed ratio rei est idea, vt dicit Aug. in lib. 83. Quæst. ergo prouidentia est idea: sed idea pertinet ad cognitionem. ergo & prouidentia.

¶ 6 Præt. Scientia practica ordinat, vel ad producendum res in esse, vel ad ordinandum iam productas res: sed producere res non est prouidentia, q̄a prouidentia præsupponit res productas, q̄a hoc ad dispositionem pertinet. ergo prouidentia non pertinet ad cognitionem practica, sed speculatiuam tantum.

Cap. 29. circa prim.

SED CONTRA. Videtur, quod pertineat ad voluntatem, quia dicit Damasc. 2. lib. prouidentia est voluntas Dei, propter quam omnia quæ sunt, conuenientem deductionem suscipiunt.

¶ 2 Præt. Illos qui sciunt facere, & tamen nolunt non dicimus prouidos. ergo prouidentia magis respicit voluntatem, quam cognitionem.

Prof. 69.

¶ 3 Præt. Sicut Boet. dicit in 4. de Consol. Deus sua bonitate gubernat mundum: sed bonitas ad voluntatem pertinet. ergo & prouidentia cuius est gubernare.

Prof. 6. p. 2. sum a prim. illius.

¶ 4 Præt. Disponere non est scientia, sed uoluntas: sed secundum Boet. in 4. de Consol. prouidentia est ratio per quam cuncta Deus disponit. ergo ad voluntatem pertinet, non ad notitiam.

¶ 5 Præt. Prouisum inquantum prouisum, non est sapiens uel scitum, sed est bonum. ergo nec prouidens inquantum prouidens est sapiens, sed bonus: & ita prouidentia non pertinet ad sapientiam: sed ad bonitatem uel uoluntatem. sed iterum uidetur quod pertineat ad potentiam, quia Boet. dicit in 5. lib. de Consol. prouidentia dedit rebus a se creatis hæc uel maximam mandandi causam, vt in quo possint naturaliter manere, desiderent. ergo prouidentia est creationis principium: sed creatio appropriatur potentia. ergo prouidentia ad potentiam pertinet.

In 3. de Consol. prof. 10. declinando ad finem illius.

¶ 6 Præt. Gubernatio est prouidentia effectus, vt dicitur sapiens. 1. 4. Tu autem pater gubernas omnia prouidentia: sed sicut dicit Hugo in li. de Sacramentis, uoluntas est vt imperans, sapientia ut dirigens, potentia ut exequens, & sic potentia propinquior est gubernationi, quam scientia & uoluntas. ergo prouidentia magis pertinet ad potentiam quam ad scientiam uel uoluntatem.

Lib. 1. de Sacramentis p. 3. c. vi. circa finem.

RESPON. Dicendum, qd̄ ea, q̄ de Deo intelligunt, pp̄ nostri intellectus imbecillitate uel infirmitate, cognoscere nõ possimus nisi ex his, quæ apud nos sunt. & ideo, vt sciamus quõ prouidentia dicitur in Deo, uidentium est quõ prouidentia sit in nobis.

Lib. 2. de Inventione in fol. 4. ante finem lib.

Sciendum est igitur, quod Tullius prouidentiam ponit prouidentia partem in secundo ueteris Rhetoricæ, & est pars prouidentia, quasi completiua. alia. n. duæ partes. memoria & intelligentia, nõ sunt nisi q̄dam præparationes ad prudentia actum, prudentia autem fm̄ Phil. in 6. Eth. est recta ratio agibilium. & differunt agibilia a factibilibus, q̄a factibilia dñr illa quæ procedunt ab agente in extraneam materiam, sicut scamnum & domus, & horum recta ratio est ars: sed agibilia dñr actiones, q̄ non progrediuntur extra agentem: sed sunt actus perficientes ipsum: sicut calce uere, patieter se habere & huiusmodi, & horum recta ratio est prudentia. sed in istis agibilibus duo quedam consideranda occurrunt. scilicet finis, & id, quod est ad finem: prudentia præcise dirigit in his, quæ sunt ad finem: ex hoc enim dicitur aliquis prudens, quia bene est consiliarius, vt dicitur in 6. Eth. consilium autem nõ est de fine, sed de his, quæ sunt ad finem ut dicitur in 3. Ethic. sed finis agibilium præexistit

Cap. 9. to. 3. Cap. 5. to. 5.

in nobis dupliciter, scilicet per cognitionem naturalem de fine hominis, quæ quidẽ naturalis cognitio ad intellectum pertinet fm̄ Phil. in 6. Ethic. quæ est principiorum operabilium, sicut & speculabilium: principia autem operabilium sunt fines, vt in eodẽ lib. dñr alio modo, quantum ad affectionem, & finis agibilium sunt in nobis per uirtutes morales, per quas homo afficitur ad iuste uiuendum, uel fructiter, uel temperate, quod est quasi finis proximum agibilium. similiter etiam ad ea, quæ sunt ad finem perficimur, & quantum ad cognitionem per consilium, & quantum ad appetitum per electionem, & in his per prudentiam dirigimur. Pater ergo, quod prouidentia est aliqua ordinate ad finem disponere. & quia ista dispositio eorũ quæ sunt ad finem, in finem per prudentiam est per modũ cuiusdã rationationis, cuius principia sunt fines (ex eis. n. trahitur ratio ordinis prædicti in oibus operabilibus, sicut manifeste apparet in artificiatibus) ideo ad hoc quod sit prudens, requiritur qd̄ bene se habeat circa ipsos fines: non. n. potest esse recta ratio nisi principia rationis saluentur, & ideo ad prudentiam requiritur & intellectus finium, & uirtutes morales, quibus effectus recte collocati in fine, & pp̄ hoc oportet eam nem prudentẽ esse uirtuosam, vt in 6. Ethic. dñr in omnibus autẽ uirtutibus & actibus animæ ordinatis hoc est commune, qd̄ uirtus primi saluatur in omnibus sequentibus, & ideo in prudentia quodammodo includitur & uoluntas, quæ est de fine, & cognitio finis. Ex dictis igitur patet quomodo prouidentia habet ad alia, quæ de Deo dicuntur. scientia communiter se habet ad cognitionem finis, & eorum quæ sunt ad finem: per scientiam. n. Deus scit de creaturas: sed prouidentia pertinet tantum ad cognitionem eorũ, quæ sunt ad finem fm̄ qd̄ ordinatur in finem. & ideo prouidentia includit & uoluntatem & uoluntate: sed tñ essentialiter in cognitione manet, nõ quidẽ speculatiua, sed practica. potentia autẽ executiua est prouidentia, unde actus potentia supponit actũ prouidentia sicut dirigentis, unde in prouidentia non includitur potentia sicut uoluntas.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in re creatura duo possunt considerari. scilicet ipsa species eius absolute, & ordo eius ad finem, & utriusq̄ forma præcedit in Deo. forma ergo exemplaris rei fm̄ sua specie absolute est idea: sed forma rei secundum quod est ordinata in finem, est prouidentia: ipse autẽ ordo ordinatus in finem, est prouidentia rebus inditus, sicut uoluntas dicitur Boet. unde sicut se habet idea ad speciem rei, ita se habet prouidentia ad factum: & tamen quantum idea possit pertinere ad speculatiua cognitionem, & quo modo, tñ prouidentia tantum ad practica pertinet, eo quod importat ordinem ad finem, & ita ad opus quo mediante peruenitur ad finem.

AD SECUNDVM dicendum, qd̄ prouidentia plus habet ratione uoluntatis quã scientia absolute: scientia practica absolute cõter se habet ad cognitionem finis & eorũ quæ sunt ad finem, unde nõ præcipue nit uoluntate finis, vt sic aliquo modo, uoluntas scientia includatur: sicut de prouidentia dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod puritas intelligentia nõ dñr ad exclusionem uoluntatis, sed ad exclusionem mutabilitatem & uarietatem a prouidentia.

AD QVARTVM dicendum, qd̄ Boet. in uerbis illis nõ ponit cõpletã prouidentia rationem, sed rationem nominis assignat: unde quis uidere ad cognitionem speculatiua pertinere possit, non tamen sequitur quod

providētia. Et præterea secūdu hoc Boetius exponit providētia quasi procul videntiam: quia Deus ab excelso rerū cacumine cūta prospicit: secundū hoc autem est in excelso rerū cacumine qđ omnia ordinat & causat, & sic etiā in verbis Boetij potest aliquid ad practicā cognitionem pertinens notari.

AD QUINTVM dicendum, quod comparatio illa Boetij accipitur per similitudinē proportionis simplicis ad compositum & quietis ad mobile: sicut enim intellectus simplex est & sine discursu, ratio autem discurrendo circa diversa vagatur: ita etiam providentia simplex & immobilis est: fatum autem multiplex & variabile, vnde non sequitur ratio.

AD SEXTVM dicendū, qđ providētia in Deo proprie non nominat legē æternam, sed aliquid ad legem æternam consequens: lex enim æterna est consideranda in Deo, sicut accipiuntur in nobis principia operabilium naturaliter nota, ex quibus procedimus in consiliando & eligendo, quod est prudentiæ sive providentiæ: vnde hoc modo se habet lex intellectus nostri ad prudentiam, sicut principium in demonstratione. Et similiter etiā in Deo lex æterna nō est providentia, sed providētia quasi principium: vnde & convenienter legi æternæ attribuitur actus providētia: sicut & omnis effectus demonstrationis principijs in demonstrationibus attribuitur.

AD SEPTIMVM dicendū, qđ in divinis attributis invenimus duplicem rationem causalitatis, vna per viā exemplaritatis, sicut dicimus quod a primo vno procedunt oīa vna, & a primo ente omnia entia, & a primo bono omnia bona, & hæc ratio causalitatis est cōis attributis. Alia ratio est secundum ordinē ad obiectum attributi, prout dicimus, quod potentia est causa possibilitium & scientia scitorum, & voluntas volitorum: & secundum hunc modum non oportet quod causatum habeat similitudinem causæ: non enim quæ per scientiam facta sunt, oportet esse scientiā, sed scita: & per hunc modū providentia Dei causa omnium ponitur: vnde quāvis a providentia sit lex naturalis intellectus nostri, non sequitur quod divina providentia sit lex æterna.

AD OCTAVVM dicendum, qđ ratio illa in summo principe constituta nō dīr providentia, nisi adiuncto ordine ad finem, ad quem præsupponitur voluntas finis. vnde licet essentialiter ad cognitionem pertineat, tamen voluntatem aliquo modo includit.

AD NONVM dicendū, quod in rebus potest considerari duplex ordo: vnus secundū quod egrediuntur a principio, alius secundum quod ordinantur ad finem. dispositio ergo pertinet ad illum ordinem, quo res progrediuntur a principio, dicuntur enim aliqua disponi secundū quod in diversis gradibus collocant a Deo, sicut artifex diversimode collocat partes sui artificij: vnde dispositio ad artē pertinet vī: sed providentia importat illum ordinē, qui est ad finem, & sic providentia differt ab arte divina, & dispositione: quia ars divina dīr respectu productionis rerum, sed dispositio respectu ordinis productionum, providentia autem dicit ordinē in finem artificij, sed quia ex fine artificij colligitur quicquid est in artificijato: ordo autem ad finē est fini propinquior quā ordo partium ad invicem, & quodāmodo causa eius, ideo providentia, quodāmodo est dispositionis causa, & pp hoc dispositionis actus frequēter providentiæ attribuitur. Quāvis ergo providentia nec sit ars quæ respicit productionē rerum, nec dispositio quæ respicit rerū ordinē adinvenire, nō tamen

A sequitur quod non pertineat ad practicā cognitionem.

AD PRIMVM vero quod de voluntate objicitur, dicendum, quod pro tātō Damascenus dicit providentiam esse voluntatem, quia voluntatem includit & præsupponit, ut dictum est.

AD SECVNDVM dicendum, quod s̄m Phil. in 6. Eth. nullus potest esse prudens nisi virtutes morales habeat, per quas recte sit dispositus circa fines: sicut nullus potest bene demonstrare, nisi recte se habeat circa demonstrationis principia. & propter hoc etiam nullus dicitur providus, nisi habeat rectam voluntatem, non quia providentia sit in voluntate.

AD TERTIVM dicendum, quod Deus dicitur gubernare per bonitatem, non quasi bonitas sit ipsa providentia: sed quia est providentiæ principium, cum habeat rationem finis, & etiā quia ita se habet divina bonitas ad ipsū, sicut moralis virtus ad nos.

AD QVARTVM dicendum, quod disponere quāvis voluntatē præsupponat, non tamen est actus voluntatis: quia ordinare quod est in dispositione intellectus, sapiētis est, ut Phil. dicit, & ideo dispositio & providentia realiter ad cognitionem pertinet.

AD QVINTVM dicendum, quod providentia comparatur ad provivum, sicut scientia ad scitum, & nō sicut scientia ad scientem. vnde non oportet quod provivum inquantū provivum sit sapiens, sed quod sit scitum. Alia duo concedimus.

ARTICVLVS II.

Utrum Mundus providentia regatur.

SECUNDO queritur, utrū Mundus providentia regatur. Et vī quod non, nullum enim agens ex necessitate naturæ agit per providentiā: sed Deus agit in res creatas ex necessitate naturæ: quia ut dicit Dion. 4. capite de Divi. nomi. divina bonitas se creaturis communicat: sicut noster sol non præligens neque præcognoscens radios suos in corpora diffundit. ergo mūdus a Deo non regitur providentiā.

¶ 2 Præ. Principiū multiforme sequit ad principiū vniiforme: sed voluntas est principiū multiforme, quia se hēt ad opposita, & p cōsequēs ēr providentia, q voluntatē p̄supponit: natura autē est principiū vniiforme, quia determinatur ad vnum genus. ergo p̄cedit providentiam. non igitur res naturales providentiā reguntur, sed dicendum, quod principium vniiforme præcedit multiforme in eodē, non in diversis.

¶ 3 Sed contra. Quanto aliquod principium maiorem habet virtutem causandi, tanto est prius: sed quanto est magis vniiforme tanto maiorem habet virtutem in causando, quia ut dicitur in lib. de Causis, omnis virtus vnita plus est infinita quam multiplicata. igitur siue in eodem sine in diversis accipitur vniiforme principium, præcedit multiforme.

¶ 4 Præ. Secundum Boetij in sua Arithmetica omnis inæqualitas ad æqualitatē reducitur, & multitudine ad vnitatem. ergo & omnis actio voluntatis quæ multiplicatē habet ad actionem naturæ, quæ simplex est & æqualis, reduci debet: & ita oportet qđ primum agens per essentiam suā & naturam agat, & non per providentiam, & sic idem quod prius.

¶ 5 Præ. Illud quod est de se determinatū ad unū, non indiget aliquo rep̄te, quia ad hoc regimē alii cui adhibetur, ne in contrariū dilabatur: res autem naturales per propriam naturam sunt determinatæ ad vnum. ergo non indigent providentia gubernatione indigent, ut conferentur in esse.

¶ 6 Sed

In solut. ad 1. & 2. argu. Ca. 12. & 13. tom. 5.

2. Metaph. 6. 2. tom. 3.

1. p. 9. 2. art. 2.

In princip. illius.

Propos. 17. tom. 1. inter opera Arist.

Li. 1. Arith. c. 31. & lib. 1. cap. 1.